

IUSTI LIPSI  
MANVDVCTIONIS  
AD STOICAM PHILO-  
SOPHIAM LIBRI TRES:

L. ANNÆO SENECAE, *aliisque*  
*scriptoribus illustrandis.*



PARISIIS,  
*Ex Officina Plantiniana.*  
Apud HADRIANVM PERIER,  
via Iacobea.

---

M. DCIII.  
*Cum Privilégio Regis.*



AD ILLVSTRISSIMVM ET  
EXCELLEN<sup>T</sup>ISSIMV M  
Principem. D. Ioannem Ferdinandum  
Velasquum Comitem stabuli regnum  
Castellæ & legionis, Ducem Friassij, Co-  
mitem Hari.



A NVDVCTIONEM meā  
facere vides , quod ego  
nuper feci , Illustrissime  
Princeps , id est ad te ve-  
nire. Vterque merito. e-  
go , ut aduentum in hæc loca & affli-  
ctam patriam gratularer , tuis etiam  
consiliis erigendam ; itemque gratias  
agerem , pro benivolentia qua me  
iampridem eximia quadam honestas-  
ses. Facit vtrumque hoc idem *Manu-  
ductio* : & caussas easdem habet. An  
non & alteram magis propriam ? opī-  
nor. Seruit ipsa & facta est ad lucem  
Hispani scriptoris , A NNÆ I S E N E-  
CÆ : itaque decore viam ad Hispan-



I V S T I L I P S I  
M A N V D V C T I O N I S ·  
A D S T O I C A M P H I L O -  
S O P H I A M L I B R I I .  
D I S S E R T A T I O P R I M A .

*ADHORTATIO AD PHILO-  
sophiam omni etati aptam & utilem:  
liberales scientias non tanti videri.*

**I**psius. Nam qua caussa tristio-  
rem te, & fimbriata quadam fronte  
video Avd. Caussa quidem aperta.  
patriæ pericula, an ruinas, solus  
ignoras? Lips. De' auertet, aut sistet: quid tamē  
ad te proprie? Avd. In vna sum nani. Lips. Ve-  
lim ista. Avd. Qua? Lips. Sapientiæ, quam  
tracto. Avd. Videris mihi in libris esse, & sic  
soles. Lips. Non semper in ipsis seriis, &  
voueam olim magis fuisse. Avd. Qui isti igi-  
tur? Lips. *Anneum Senecam agnoscis ma-*  
*gnum inter magnos virum? Avd. Sæpe à te sic*  
*audio. sed nunc quidem sepono, vel ipso te*